Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



222

ad dnm clamaui ·
uoce mea ad dnm
deprcatus sum ⁊
Effundo inconspec
tu eius orationem
mea · tribulationē
meam ante ipsū
pronuntio ⁊
Indeficiendo exme
spm meum · & tu
cognouisti semitas
meas ⁊
In uia hac qua am
bulabam · abscon
derunt laqueum
mihi ⁊
Considerabam &
dexteram & uide
bam · & non erat
qui cognosceret me ⁊
Perit fuga a me ·
& non est qui re
quirat animam
meam ⁊
Clamaui ad te dne
dixi tues spes mea ·
portio mea inter
ra uiuentium ⁊
Intende ad de pre

Nam quod dicit · In deficiendo spm · hoc est a parte membrorum debemus accipere · uel ita ac si deceret ⁊ Tribulationem meam ante ipsum pronuntio · cum defecit exme sps meus ⁊ cognouit pater semitas · id est doctrinas quas docuit ⁊

Considerabat ad dexteram · quando ibat ad crucem · quia nullum illic fidelium potuit inueni ⁊ Ideo non sunt uisi ad dexteram stare · quia carnalimetu dispersi sunt ⁊ et non erat qui cognosceret illam uidelicet dnitatem · quae haec cum carne uoluntarie sustinebat ⁊

Clamaui · spem quesuam posuit in dm cum dixit ⁊ Pater in manus tuas commendo spm meum ⁊ Portio mea · probat hoc locus · quando latroni dixit ⁊ Amen dico tibi · hodie mecū eris in paradiso · hoc ē in terra uiuentium ⁊

Quam pura · quam suauis oratio · quae inconspectu patris uelut praeclari fontis copia fundebatur ⁊ fundebat certe · ut perueniret eius oratio ad altitudinem supernae pietatis ⁊ pronuntiat tribulationes ante patrem · ut indulgentiam pro nostris possit optinere peccatis ⁊

Diabolus iuxta uiam abscondit laqueum · ut eos decipiat · qui rectus semitas declinare presumunt ⁊ Xps uero · numquam a sua sententia discessit ⁊ Necesse fuit ut ab ipsa uia rectitudinis temptamenta pateretur · ut in euangelio legitur ⁊

Perit fuga a xpo · cum se impiorum manib · permisit occidi ⁊ et nemo quaesiuit animā eius · dum ei nulla consolatio praeberetur ⁊ sed solus passus · qui erat pro omnium salute morturus ⁊

Merito dicit humiliatus sum nimis · qui semetipsum exinaniuit · formam serui accipiens ⁊